

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
ab Ad-||uentu vsque ad Festum Pascæ in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

SEQVITVR IN PASSIONEM DOMInI praefatio.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150424

P R A E F A T I O

bis nomen eius Iesum. Vides ergo quæ hodie facta sint magnalia. Quid ergo restat nisi vt redemptionis nostræ exordium deuotè recolamus, erumpamus & exclamemus: Gloria tibi Domine.

Ecce hoc modo isthæc Antiphona docet, quid præsens à nobis exigit solennitas, ita planè, vt nò sit necesse aliunde quid addere. Quod si cui placet suâ exercere deuotionem, sumat sibi hoc Euangelium, singula verba examinet, & mirâ haud dubiè percipiet in eis dulcedinem. Atq; vtinam tempus sineret, quasi superfluum etiam de Euangelio aliquid dicere: Sed cogor ad alia me conuere. Adest in propinquo passionis redemptoris nostri christi tēpus, quod silentio transgredi nec possum nec deo. Vt enim de hoc festo verè dicere possim: Hæc est dies quam fecit dominus, ita etiam de sequenti hebdomada dicere licebit: Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis. De^o Opt. Max. sua gratia donet ita hæc festiuitatem ceterosque dies passionis Christi peragamus, vt ad Dei laudem, nostram conducat laudē, Amen.

Psa. 117.
2. Cor. 6.

SEQVITVR IN PAS-
SIONEM DOMI-

ni præfatio.

Mat. 1.

Hucusq; per totius quadragesimæ tēpus ad pœnitentiam qua potui diligentia vos adhortatus sum his verbis, quibus ipse Christus in prædicationis suæ vsus fuit exordio: Pœnitentiā agite, & credite Euāgelio. Nunc porrò ita tēporis postulante decursu hoc etiā ad-moneo, vt passionem Domini & seruatoris nostri Iesu Christi cogitemus sedulò, & nosmet ad Sacrosancti sacramēti corporis & sanguinis eiusdē christi cōmunionē præparemus. Vtrūq; aut, iisdem verbis, quibus hucusq; vsus sum, faciendū puto. Neq; enim vel ad cogitandam passionē Domini, vel ad sumendū sacramentū illud minus conueniunt, quàm ad pœnitentiam suscipiendam commodarūt. Quemadmodū enim nemo peccatorum remissionem sine pœnitentia cōsequitur & fide: ita nec passionem domini verè cogitare poterimus, nec sacramētum corporis & sanguinis domini dignè sumere: nisi si pœnitentiā simul & fidē eò adferamus, id quod initio pas-

passionis Christi placet ostendere.

Sit ergo initium: Pœnitentiam agite, & credite Euāgelio. Si cum vtilitate passionem placet audire domini: hæc duo Pœnitentiam, inquam, & fidem habeatis necesse est. Hoc est: vt vtroque oculo aperto in passionē domini respiciatis necesse est, haud secus id, quàm in speculum & nostræ nimium, hei, nimium dirę miserię, & diuinę pietatis misericordię. Ita planē vt vno oculo nos respiciamus ipsos, & ex Passione domini discamus, quæ nostra natura fuerit, & quid meriti. Altero verò in Deū & Christū respiciamus, & ex eadē passione discamus, quid confidenter à Deo sperare debeamus. His oculis si quis rectē vsus fuerit, magnam vtilitatem ex passione Christi reportauerit. Verum huc præcipuē fides requiritur. Accedentem enim ad Deū oportet credere. Imò qui ad passionē Domini accedit, necesse est credat non solum nudā historiā verum etiam totū illud quod de ea passione Scriptura testatur. Sed de nulla alia re tāta & tā sublimia Scriptura, atq; de passione Christi loquitur. Quid hoc sit quæris? Primò: clarissimē confirmant & testantur quatuor Euāgelistę, imò & Paulus & Isaias, Christum passum esse. Secundò palām Scriptura testatur, quod nostri causa passus sit. Christus, inquit Rom. 4. Paulus, pro nobis in mortem est traditus. Et: Tradidit Gal. 1. semetipsum pro peccatis nostris. Et iterū: Deus eū qui 2. Cor. 5. non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatū: vt nos efficeremur iustitia Dei in illo. Et ipse Christus in Propheta. Seruire me facisti (ad populum loquitur omnem) Isa. 43. in peccatis tuis prębuiisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et in Psālmis: Quæ non rapui, exolui. Tertiò, testatur scriptura, quod oportuerit Christum pati, quod Luc. 24. nemo alius auxilio nobis esse potuit, non angelus, non homo, non creatura, nulla Lex, nulla victima.

Huc ergo pertinet, quod in Isaiā de Hierusalem scriptum est: Bibisti de manu domini calicem irę eius. Nō est qui sustēret eam ex omnibus filiis eius quos genuit, & non est qui apprehēdat manu eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Huc etiā figura gigātis illius, quem nemo nisi Dauid prostrare potuit. Huc Propheticus Isaię Isai. 42. sermo. Hęc dicit dominus, Redemptor tuus. Ego ego sum,

Heb. 13.

Rom. 4.

Gal. 1.

2. Cor. 5.

Isa. 43.

Psal. 68.

Luc. 24.

Isa. 51.

1. Reg. 17.

Isai. 42.

sum,

- Isai. 43. sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & vsque in
 Isai. 45. sempiternū non recordabor iniustitię tuę. Et iterū: Ego
 Dñs & non est alius prater me. Id quod non ignorabat
 Hier. 17. Hieremias, ideoq; exclamat: O Dñe sana me et sanabor,
 adiuua me & saluus ero, quoniā laus mea & gloria mea
 Ioan. 8. tu es. Vnde & ipse Christus ait. Si filius vos liberat, ve-
 re liberi eritis.

- Quarto etiam Scripturę testimonio, ipse Deus filium
 suū in mundum tradidisse perhibetur. Sic Deus dilexit
 mundū vt filiū daret vnigenitum, vt omnis, qui credit
 in illū non pereat sed habeat vitam æternam. Qui pro-
 prio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tra-
 didit illū. Et Christus ipse: Iam non multa loquar vobi-
 scū. Venit enim princeps huius mundi & in me non ha-
 bet quicquā. Sed vt cognoscat mundus quia ego diligo
 Patrē, & sicut mandatū dedit mihi pater sic facio. Et: An
 non bibam calicē quem dedit mihi pater? Et iterū: Non
 haberes in me potestātē vllā, nisi datū esset tibi desuper.

- Quinto, Scriptura attestatur, quod salus nostra ex ip-
 sa Christi passione prouenerit. Per ipsum habemus, in-
 quit Paulus redēptionem, per sanguinē ipsius, remissio-
 nē peccatorum, secundum diuitias gratię suę. Et iterū:
 Sāguis Christi emundat consciētias nostras ab operibus
 mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Et: Christus lauit
 nos à peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos reges,
 & sacerdotes Deo & patri suo. Sexto Petrus testatur qđ
 passio Christi nobis in exemplū sit facta. Christ⁹, inquit,
 passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt se-
 quamini vestigia eius, qui peccatū non fecit, nec inuen-
 tus est dolus in ore eius: Et iterum: Quādo igitur Chri-
 stus passus est in carne pro nobis, vos quoq; iuxta ean-
 dē cogitationē armemini. Et Paulus: Per patientiā cur-
 ramus in proposito nobis certamine, respicientes ad fi-
 dei ducē & consummatorē Iesum, qui pro proposito si-
 bi gaudio pertulit crucem, ignominia contēpta, et ad de-
 xterā throni Dei cōsedit. Et ipse Christus: Qui vult ve-
 nire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam
 & sequatur. Hęc ergo hisq; similia Scriptura de passio-
 ne Dñi testatur. Vnde quid de eadem credendū, & quod
 passionem Dñi cogitanti fides necessaria sit facillē vide-
 mus:

mus: Quare poenitentia agite & credite Euangelio. Credite quod Christus vere passus sit hoc. n. admirationem simul et intentionem admodum necessarium pariet. 1. n. negligenter et interna sine deuotione. 2. n. passio Christi audienda est. Secundo, sine ulla haesitatione credendum: nostri causa Christum passum. Hinc ineffabile ipsius charitate in nos considerabimus, & quid contra praestandum intelligemus. Postea verò quam execranda res sit peccatum, ut quae Dei filium cruci affixerit, agnoscemus. Tertio, credendum est necesse fuisse ut Christus pateretur, & quod oportuerit ita fieri. Hinc magnitudinem & grauitatem peccati nostri considerabimus. Hinc timor, contritio, lachryma, & maior prouidentia aduersus ingruens peccatum nascetur. Quarto, Christum pro voluntate Dei passum, credendum est. Et hinc quoque immensam Dei erga nos misericordiam videbimus. Quinto credendum est, quod Christi passione salus, ipsaque vita aeterna data sit. Atque hinc conscientiae nostrae aduersum desperationem confirmabuntur. Ipse enim Christus in sua passione omnibus loquitur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis ego reficiam vos. Et iterum: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & usque in sempiternum non recedabor iniustitiae tuae. Ac sexto quidem & postremo, quod Christus nobis in exemplum passus sit credendum est. Discamus ergo ex his Deo primum quod sit praestandum, deinde etiam quomodo pati, & sufferre debeamus. In summa ex passione Christi discamus humilitatem, obedientiam & charitatem. Discamus cum tolerantia sufferre pericula & aduersitates, tum etiam antidotum fume tibi & consolationes contra ingruentes tribulationes, Credite ergo Euangelio & cum fructu passionem audietis Christum.

Matt. 11.

Isa. 43.

F I N I S.

Typis Ioannis Latij.